Vers. 6.) Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.

Sensus loci.

SI quando rursus pugnandum cum hoste fuerit, post libertatem adeo glorioſe recuperatam, tantamque pacem, & quietem conſequutam, ut proxime dictum eſt, vaticinatur David promptos, ac expeditos futuros Sanctos Deo dicaro, & addicto Hebr., cum gladiis in manibusvita tamen, ut & quaſi de victoria certi, cavere triumphm ante dimicationem incipiant, & non tam armis fidant, quam precibus; quas præcinendo laudes Dei adhibeant, & *laudando invocantes illum, ſalvi fiant* a. Sic ad litteram hi, quos retuli priore verſu: ac nominatim Theodoretus de Machabæorum exponit virilitate, qua uſi, & finitimos captivos ceperunt, & Matedones expugnarunt. Memini, mus alias *b*. in more Hebræis, aliis nationibus fuiſſe, non priusconfligere, quam laudes Dei recitarent, eumdemque implorarent. Hebræus quidem populus ſub Heli Sacerdote, & Judice *vociferatus eſt clamore grandi* ante pugnam, cum attuliſſent arcam Sacerdotes; ita ut Philiſthæi pavore conſternarentur *c*. Voluit quoq; Joiaphat congreſ- B ſurus cum filiis Ammon, hymnis Deum propitiare *d*. Cùm elevaretur arca dicebat Moyſes. *Surge Domine diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua* e. Quæ verba in ineundo prælio David videtur uſurpaviſſe *f*. Moyſe deprecante vincebatur Amalec *g* Judith non tam pugione quam oratione obtruncavit Holofernem *h*. Senſu tropologico, certatum conſtat ab Apoſtolis, & aliis Chriſti militibus, & ſ. liciter pugnatum divini verbi prædicatione, præconio DEI, annuntiatione veritatis, qui eſt *gladius ſpiritus*, quo Paulus *i* cum *galea ſalutis* armat Chriſtianos, exigens ſimul, ut *ſint per omnem orationem*, & *obſcurationem orantes omni tempore in Spiritu*. Vocat etiam *K*, *ſermonem Dei vivum, & efficacem, & penetrabiliorem omni gladio ancipiti*. Auguſtinus, & alii humilitati hoc adſcribunt, qua ſic læteris in cubili conſcientiæ bonæ, ut non tibi tribuas, quod ſis bonus ſed illum laudes, à quo acceſiſti quod es, & à quo ſperas perfectionem. Gladios quoque, frameas ancipites de prædicato accipiunt verbo, quod agat de temporalibus, & æternis, afferens promiſſionem vitæ præſentis, & futuræ *l*, conſolationem temporalium, æternorum perfruitionem; præterea quod continet duo Teſtamenta. Id Hugo Victorinus *m*, innui putat per duos gladios oblatos à diſcipulis Chriſti *n*, traditus autem ſit manibus, ideſt, in poteſtate liberè prædicantium, ac ſine meru, vel etiam in manibus ſcribentium: adde & in operibus bonis, & miraculorum. Athanaſius, aut aliusad Antiochum *o*, idem tradit de duplici Teſtamento, per quod ſpirituales Doctores doceant alios; & quod poſtea hic additus, inmittant per orationes ad Deum iram à DEO in incredulos; fideles vero, ſed malos redarguant, ſupplicium per ſuas deprecationes impetrent, quo diſcant obtemperare: & utrumq; ad gloriam ejuſdem DEI, ſeparet à mundanis eum quem ſcrit, quemadmodum Chriſtus aſſeruit de gladio, quem *venit mittere* p, qui, ut ait putatus Hieron., hic occidit adverſarios, & in futuro aperit regna cœlorum. Verum per anagogen declarantur hæc de beatis, qui repetitis corporibus, lingua ipſa, gutture, faucibus, voce, ſermone celebrabunt alta, & ſublimia tum myſteria Dei, tum beneficia; prætereaq; cum Domino judicabunt gladios veluti tenentes in manibus, & ſceptra. Sic explicant Hugo Card. Lyranus, Pampolitanus Ayguanus, Rickelius, Martinus Alphonſus, Cajetanus, Placidus Parmenſis, Titelmanus, Genebrardus, Bellarminus, Janſenius, & in fine Pſal. Caſſiodorus. Rickelius etſi de gutture quoq; ſpirituali, & verbo cordis exponi poſſe dicit, ac de ſpirituali is dulcedinis guſtu, juxta illud *q*: *Fructus ejus dulcis gutturi meo*, probabilius putat de gutture corporali ſermonem eſſe, atque de vocali laude, quæ ſit futura in patria, & in cœlo empyreo; licet difficultatem habeat, quo pacto ibi voces, & ſoni laudum vocalium formari queant. Recepta opinio à Theologis etiam eſt de vocis humanæ, & articulatæ formatione tum ſimplici, tum etiam modulata pro arbitrio beatorum, ad colloquendum inter ſe, ad laudandum Deum, ad ſeſe honeſte oblectandum. Ad id ſufficiet, ut Aquinas docet *r*. aliique, omiſſis aliis modis, quos enumerat Joannes de Salas noſter *s*, internus aer in humano corpore intra pulmonem, interioreſq; alias partes, qui ad formandam vocem mittatur per aſperam arteriam uſque ad os, & in lingua, labiis, gutture, ſeu faucibus refrangantur, ſed ita ut dum ab inferioribus illis partibus

a Pellitur, intra eaſdem ſuccedat, ſtatim alius exiſtens in partibus propinquis, vel per rarefactionem; vel per motũ localem adjuncto perfecto dominio animæ ſupra corpus glorioſum, & omnia, quæ ſunt in illo. Concedit præter citatos, exultationis hymnum in beatis Iræneus *t*: Auguſt. *u*, alibi omnium membrorum, & viſcerum profectum in laudibus Dei, & harmonias vocis melodæ *x*, Gregorius *y*, elevationem linguæ incenſum laudis: Anſelmus *z*, dulciſona organa ſanctorum. Bernardus *a*, linguam, & laudem indefeſſam. Gulielmus Pariſienſis *b*, (etſi diſputet in utramque partem) in ore cujuſvis beati velut citharam chordarum innumerabilium, fiſtularum, vocum, ſonorum, locutionum, ſermonum; Sibylla recitata in conſtitutionibus Apoſtolicis à Clemente Romano *c*, mutua inter ipſos gaudia cumulata, ſeu communicata gaudia. Quod attinet ad idioma, Galatinus *d*, & de noſtris Henricus *e*, ac Salmeron *f*, præterea Franciſcus Georgius Venetus *g*; Bonaventura Bertramus *h*, Lodovicus Luſitanus *i*, id arbitrantur Hebræorum dumtaxat fore, ſaltem in communi uſu, quod primos parentes docuit Deus, & perduravit apud omnes uſque ad ædificationem turris Babel; atque hoc eſſe labium electum, quod populis redituros pollicetur Deus apud Sophoniam *K*, in die reſurrectionis: Tobiam *l*, quoque vaticinatum eſſe, quod per gemmeæ cœleſtis Jeruſalem vicos *alleluja* cantabitur; auditos præterea canentes Angelos, iſta lingua ter *ſanctus* ab Eſaia *m*. Addit Georgius Venetus, quoniam illo idiomate data eſt lex, prædicatum Evangelium à Chriſto, conſcripti divini hymni, data omnia oracula dempta Apocalypſi, quam putat Græco datam ſermone, non tantum ſcriptam; item, quia lingua iſta myſteriouſſima eſt in figuris, punctis, accentibus, numeris; ea loquuntur apparentes Angeli, his quibus apparent; ſi eam ſciant; diceruntur litteræ illius in Dei ſede ſcriptæ, quod eſt cœlum, & inſtar figurarum ipſius formatæ; docet, ut inter homines, qui debellatis linguæ ſuæ uſum imperant, ut poſt debellatum veluti mundum, hæc tamquam Deo propria lingua cunctis imperetur. Adjicit auditum canticum in cœlo *n*, & quod cum corde deceat, & *carnem exultare in Deum* o, & *à beato populo ſciente jubilationem* p, & habitante in domo Domini in hunc *in ſæcula ſæculorum laudare* q, ibique, & in templo illo ab animabus *dici gloriam* C *r*. Quidquid ſit, de magis uſitata beatis lingua cur, ſi fit Hebræa, de qua fateor teſtimonia illa vel exempla ſcripturarum non concludere, aliterq; etiam exponi ab aliis, nec ratione allatas neceſſario evincere, præterquam quod alii primam linguam Phrygiam, aut Cymbricam, aut Chaldaicam, ſive Syriacam faciunt. licet immerito, non deerit ſua vitas, copia, perſpicuitas, propter quas cauſas potiſſimum ea locuturos in cœlo beatos, citatus negat Jo: de Salas, omnium cæterarum linguarum peritiam habebunt beati, & illis cum libuerit utentur; ut omnis etiam ibi lingua confiteatur, *quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris* ſ, non tantũ ex qualiber, quæ hic eſt lingua, nonnulli, ſed qui vis quoq; illorum cunctas callens linguas; nec ſolũ redempti ex omni lingua laudent agnum *t*; verum etiam ſinguli ſingulis olim propriis; & ſinguli omnium linguis, quarum dono præditi erunt. Omnium nihilominus beatorum una cenſebitur lingua, ut Bernardus *u*, loquitur, & non diverſitas linguarum, quoniam nullam linguam ignorabunt, & quavis quiſque loquatur, intelliget ab alio, & linguis omnibus idem Deus concordia ſumma laudabitur, ad eum modum, quo Martialis *x*, Cæſari blandiendo, de urbe Roma dicit,

Vox diverſa ſonat populorum, eſt vox tamen una
Dum verus patriæ diceris eſſe Pater.

Hoc ipſo modo erunt omnes *labii unius* y, & quidem *electi* z; & *linguæ ceſſabunt* a, quoniam non erit neceſſe diverſis loqui linguis, & æque facile omnes omnibus loqui potuerunt, ac bene proferre. Da damnatis, & de iis, qui ſunt in limbo, ſive in illo maneant, ſive in hanc terram educantur, minus nunc noſtra intereſt. Exiſtimat idem Joannes de Salas damnatos communiter locuturos, aut etiam ſemper idiomate aliquo duro, aſpero, inſuavi, quod adinvenerit demon: pueros limbi proprium forſitan inventuros. Sed rectè ſubjicit de his non poſſe nos, niſi divinando loqui.

Exaltationes Dei.) Melius hoc modo, ut etiam reſtitutum in emendatis Bibliis, quam ut prius in multis codicibus

bus erat, *exultationes*, quoniam Græcè ſunt Ὑψωσεις, Hebraicè רוממות *romemoth*. In quo talluntur quidam *a*, ſtentes apud Lxx. & apud Hieron. haberi *exultationes*. De Lxx. dubitari non poteſt, ob nomen Græcum, quod modo retuli ex Hieron. translatione, recitatur quidem apud Trevetum, & Fabrum *exultationes*, ſed Victorius, & Regia Biblia repoſuerunt, *exultationes*, quas tantum ſignificat recapitũ nomen Hebr. Legerunt *exultationes* quoque Pſalterium Romanum, Ambroſianum, Vetus, Hilarius, Auguſt., Proſper putatus Hieron., Caſſiodor., & fere Latini ceteri expoſitores, ac præterea Gregor. *b* & Hugo Victorinus *c*, ut quidem extat in eorum libris; quamvis commentarius aliquorum fere poſſit nomen *exaltationum*, nempe quod ſancti in Deum referant quæcumq; habent, & illi laudes hoc nomine deferant. Nam hæc eſt exaltationes Dei habere in gutture, ipſumq; exaltare, ſive magnificare, ut alios David ſecum facere, invitabat *d*. & Chriſti mater ſalutata faciebat *e*; præterea ex beneficiis à Deo acceptis, ſeu quia nos ille exaltaverit, aſſurgere ad exaltationes, quæ in ipſo ſunt, ideſt, adpræceſſa illius qui *ſolus altiſſimus* ſ, eſt, attributa celebranda. Nazianzenus *g*, quidem ſic *exaltationes* hoc loco intellexit, ut nihil humile de Deo ſentiamus, ſed has unios Dei in Tribus perſonis ſemper in gutture feramus, cùm ſit ἀνεκφώνητον καὶ ἀόριστον, infinitum quid & nullis terminis incluſum. Felix, & Campenſis reddunt *laudes*, quas Paraphraſtes quoque poſuit תהלות *thuhecan*. Bruno differe declarat exultantes præcatæ doctrinam Dei, & ſermones prædicationis Dei exultanter eſſe in gutture: Haimo laudationes cum exultatione factas, Hugo Victorinus gratiarum actiones exultanter factas, ut etiam eſt apud Eſaiam *h*, *gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis*: ſed Proſper utitur *exaltandi* verbo dicens, quod gratias agentes Deo de omnibus profectibus ſuis, ipſum exaltant. Auguſtinus in fine Commentarii, ait, quod exaltant ſancti Deum in fauciB bus ſuis. Arnobius quoq; ſcribit, quod qui habuerunt nunc exaltationes Dei in faucibus ſuis, tempore quo confeſſi ſunt gloriam Chriſti, qui eſt exaltatus in cruce, qui eſt exaltatus in cœlo, has, qui habuerunt exaltationes Dei in faucibus ſuis, & non filuerunt, nec metu, carnificis, nec verberum terrore perculſi, ſed quanto plus paſſi fuerunt, tanto plus confeſſi ſunt, ſi habebũt gladios ancipites, &c. Verum eſt, quod exultans in Domino, exaltat eum, & in ipſa exaltatione ejus ineſt exultatio, quam ſentit is, qui exaltat. Græci ipſi enarratores exponunt εὐλογίαν hoc loco, quæ nimirum verſentur circa ὑμνους Dei, atque gratiarũ actiones pro exultationibus, quibus exaltamur ab ipſo, quas Apollinarius vocat ὑπερῴδιας. Qui legeret etiam *exultationes*, has poſſet interpretari dici De, non modo quoniam à Deo ſunt, & de Deo, ſed præterea, quia valde magnæ, ad eum modo quo cedri Dei, & aliæ res nominantur, ob magnitudinem. *Magnificavit anima Ma*riæ *Dominum, & exaltavit ſpiritus ejus in eodem Deo ſalutari ſuo*; in pſal no quoque 50. *K* dicitur *linguæ exultare juſtitiam Dei*, in accuſativo caſu αγαλλιασθαι &, רנן *vinnen*: iiſdem verbis in 58. *l exultare miſericordiam*. At hoc loco, ut dixi, nomen Hebræum, & Græcum *exaltationes & elevationes* ſignificat. Similis error erat in pſ. 65. *m*, *exultavi ſub lingua* (*pro exaltavi*) Atqui nihil in tali errore periculi, nihil quod Janſenius tamen contendit, nihil aptum ea oratio haberet, in qua diceremus; *exultationes Dei in gutture eorum*.

In gutture eorum:) Sic etiam Hieronymus, & alii ex Hebræo גרונם *gigronam*. Vetus Pſalterium, Romanũ Ambroſianum, Auguſt., Proſper, Arnobius, Caſſiodor., Gregor. *n*: *in faucibus*. *Fauces* pro gutture ſumuntur, quo ſenſu numero ſingulari Græcè λαρυγξ dicitur, & ab Apollinario λαιμὸν. Inſtrumentum vocis, ac ſermonis ſunt guttur, fauces, lingua, dentes, &c. eadem fere, quæ gustus. Recte; dedecet enim aliud loqui, aliud ſentire. Quare non ſatis aptè creditus notat Hieron., qui clamat, non in gutture clamare, ſed in labiis, & ea phraſi denotari clamorem cordis, qualis erat Moyſis *o*, & juſtorum *clamantium in corditbus ſuis* p, *Abba, Pater*. Pſal no 113. *q* legi nus, *non clamabunt in gutture ſuo*; גרונו *gigronam ejus* οὐ λαλησουσιν, & in 5. *r*, ac 13. *ſ ſepulcrorum, patens guttur* dicitur de maledicis. Laudis divinæ *fructus dulcis eſt gutturi* t, juſti, atque *guttur illius ſuaviſſimum* u, ſua vitate S. ut è contrario, *favus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus* x. Innuere quoque poſſunt *exaltationes in gutture*, tantam

Acopiam earum, ut priuſquam una prodeat foras, alia ſuccedat; immo nec, ſatis exprimi per linguam poſſe, ſed veluti contineri intra fauces, ac ruminari, & deguſtari, & neque *licere homini loqui* y, hoc eſt, non poſſe pro dignitate.

Et gladii ancipites in manibus eorum.) Eodem pacto Hieron. licet ſit תרב *chereb* numeri ſingularis: ſed videlicet collective poſitum, quemadmodum, & nomen *manus* ידים *bejadam*. Chaldaicè additur, *tamquam*, dicitur- y 2. Cor. 12 que pluraliter & *tamquam gladii ancipites in manibus eorum*. Gladius פיפיות *pipihjoth* eſt duarum acierum, ex utraque incidentis p rte. Legitur in vetere Pſalterio, apudque Auguſt., & *framę his acutæ*; notat vero Aug. *frameam* appellari, quam vulgo appellarent *ſpatam*, & vocaretur quoque *machæra*. Adde *romphęam*, quæ hic habetur Græcè apud Eorhymum (ambigo enim an auctor Græcus translationis Latinę fecerit mentionem) habetur quod ῥομφαίαν δ' ἐσουσι, non tantum ſignificant gladios ancipites eo modo, quo diximus, ſive duplicis oris, ideſt, aciei, & mucronis, ac ex ambabus partibus acuros, qui vocantur etiam bipennes, verum etiam à σφῦρον conſolido, utrinque conſolidatos, ideſt myſticè, converſationem juſtorum, & ſermone, ſeu actione, & contemplationem conſolidaram. De varia alia tropologia gladiorum ancipitum prius egimus, & quid ſit eos eſſe *in manibus*. Explicat cum Auguſt. Latini eſſe in poteſtate; quod ille dec. arat ex eo quod *factus* ſcribitur *ſermo in manu Aggæi* z, idem eſt de Malachia *a*,) quia in poteſtate illi datum eſt prædicare ſermonem Dominũ, vel etiam ſcribere manibus. Nec ideo tamen, vel quod Hebraicè *gladius* & *manus* in ſingulari numero ponantur, ſequitur non revera ſignificari, gladios in manibus eſſe, ſive manibus non geſtari, ut Cajetanus putat, ſed tantum eſſe coram eis, quemadmodum, inquit, coram Principibus judicantibus gladius ſiſtitur in ſignum poteſtatis. Nihil obſtat dictus numerus ſingularis, & Paulus *b*, de Principe ſcribit, quod non ſine cauſſa gladium portat & viſuB tur etiam Imperatorum imagines gladiatę. Trajanum conſtat Suræ quem præficiebat prætorio, gladium tradiſſe, dixiſſeque, illum ut acciperet, ac ſi bene ipſe imperaret, pro ipſo, ſin male, in ipſum eo uteretur. Quod Apollinar. *c*, & Caſſiodor. *d*, videntur approbando innuere: Denique poteſtas gladii vulgo pro necis, ac vitæ C poteſtate uſurpatur; quam colligatæ cum virgis ſecures in faſcibus, quos præferebant conſulibus lictores denotabant. His forſan ſimiles Hebr. Reges Cerethi, & Pelethi, de quibus non eſt hic diſputandi locus. Confirmat quod dixi locus Deuteronomii *e*. *Si acuero, ut fulgur gladium meũ, & arripuerit judicium manus mea*, quaſi arripere ju- e cap. 32. 42. dicium gladii mq; ſit idem. Quocirca non alia etiam Cajetani ratio concludit, petita ex judicio, & de quo in verſu ultimo, ut nec ex cubilibus, de quibus ex precedente; quaſi hæc repugnent gladios in manibus tenentibus. Primus, qui gladium ſibi fecerit ancipitem. Aod memoratur, interfector pinguiſſimi regis Eglon *f*: & quidem hujuſmodi, qui haberet in medio capuſũ longitudinis palmæmanus, ut idcirco ſuſpicetur nonnulli, g, arte ferrarium fuiſſe quemadmodum apud Romanos *b* Marius, & alius Imperator in Germania Stokius *i*, fuit. Tali gladio per tropologiam præter prius dicta, cenſetur armatus, qui æque promtus, ac paratus eſt ad læta, & triſtia, ad laudes, & virtuperationes, ad abundantiam, & egeſtatem. D Hoc idem ille Aod magis adhuc repræſentabat, quatenus ἀμφιπρόσωπος & *ambidexter*, ut pluribus proſequitur apud Caſſianum K, Theodorus Abbas, Adhæc gladii in manibus eorum, quoru n ſint exaltationes Dei in gutture, deſignant non ſufficere Deum prædicare, & laudare, niſi reſpondeant verbis opera; *Frænandi* ſumus Dei *laude*. in ore *l*, ne verbis offendamus, armandæ manus gladio mortificationis, ne quid mali operemur. Doctorem Evangelicum oporteat eſſe talẽ, ut oculis videri poſſit, propter bonorum operum exemplum, & *auribus audiri* m propter ſonam, & *salutare doctrinam*, ſic faciens, ac docens, *magnus erit in regno cœlorum*, quemadmodum Chriſtus fecit, & docuit, immo *cepit facere, & docere* o, *potens in opere, & ſermone* p. Lectulum Salomonis fortiſſimi ambiunt *gladios tenentes, & ad bella doctiſſimi* q: dum, ut ait Gregorius *r*, Verbum Dei opere complent, quod corde ſciunt, adde, & quod ore prædicant, laudant ve. Hoc eſt *dari voci* externæ *vocem virtutis* ſ, inquit Bernardus *t*, cum quod ſuades, prius tibi cognoſce- ſ ps. 67. 25 t Serm. 59. in Cant. u Dan. 23. 4

nec *alium docent, te ipsum non doces* a. Gladios, ait Hugo S. Victoris *b*, bis acutos ad resecandam luxuriam carnis, & malitiam cordis bonoque à malis discernendos, tenent manibus, qui verba sacra, quæ prædicant, lexercent operibus. Hac ipsa de re actum non semel antea. Eucherius *c*, aliter accipit *gladios anticipites*, quod in judicio corpus, & animam punire simul possunt: vel quod puniant, & supplicio præsentis pœnæ, & metu futuræ: canticum vero novum hic initio Psalmi dici, hoc est, mirabile, quod qui mundi purgamenta creduntur, de nationibus, ac regibus judicabunt: prout videlicet subjicitur sequentibus versibus. Possunt præterea *gladii* sumi pro oratione, sive *cultu*, quos præcipit Sapiens, ut *statuant* d, *in gutture suo ii, qui sedent, ut comedant cum Principe*, id est, ad studium contemplationis accedunt, ut cœlestis Principis dapes comedant, vel ut Eucharistiæ accipiant. Sed simul gladii cultrive isti debent esse in manibus, ut referatur oratio post contemplationem, ad opus, atque ad superandas omnes difficultates, & reportandâ de adversariis, de tetrationibus, de tribulationibus victoriam. Id sibi volunt *manus puræ levatæ in oratione* e, aut cum *cordis effusione, ante conspectum Domini* f. Pungunt ac transfigunt hujusce modi gladiorum ictus ipsiusmet Dei cor, ut & orationes, quæ vocari solent jaculatoriæ. Quod indicatum ab Apostolo g, prius docui, qui cum gladio spiritus quod est, Verbum Dei, conjungit omnem rationem & obsecrationem. Attendendum vero: quod omnis gladiorum nostrorum vis, & ut Verbum prædicationis est, & ut orationis, ex illo est gladio, cum quo apud Esaiam *h*, Christus os suum comparavit, dum ille scribit, *posuit os meum, ut gladium acutum*: & quę gladium vidit Joan. *k*, *de ore illius exire ex utraq; parte acutum*. Gladii formam lingua habet: *mors & vita in manibus linguæ* l: ut vitam conferat, non more, in manibus ponenda lingua, quasi manus in manibus. Cominus pugnatur gladiis: quod cùm fit, in promtu victoria: indeq; gloria, cujus in fine Psalmi mentio fit, post repetitam nempe de hostibus ac eorum dulcibus vindictam. Gloriosius certatur, & certius hoc armorum genere, quam aliorum, quę jaciuntur, extraq; pugnantis mittuntur manus, nec tam ob industriam, extraq; pugnantis mittuntur manus, nec tam ob industriam, & robur utentis, quam ob aeris impulsionem, ac impressionem feriunt *m*. *In lingua sapientia agnoscitur, & sensus, & scientia & doctrina in verbo sensato: sed firmamentum in operibus justitiæ*, quasi dicas, in robore manuum, non in emisso foras verbo. Dixi quoq; prius Augustino placere, *gladios in manibus*, esse sacras Scripturas, divinitus dictatas cuipiam; quis suis manibus eas describat, similis linguæ cum *velocitate scribentis calamo* comparatæ. Calamum pennamve recte inaveris, gladium in manu doctoris, cum corona laurea in ejusdē capite, quemadmodum Julium Cæsarem statua quædam exhibeat lauro coronarium, dextera tenentem gladium, calamum sinistra cum hoc elogio, EX UTROQUE CÆSAR. Communior tropologia de gladiis pro judiciaria potestate: dequa etiam Augustinus alibi *gladium* apud Esaiam *o*, interpretatur scribentem quod *in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino*. Fatetur tamen etiam *gladium* sicut, & *ignem*, posse in bonam partem sumi, *gladium anticipitem* dici, ut hic alios velle antea notavi, propter aciem geminam testamentorum duorum, & in eodem sensu missum à Christo tum ignem, tum gladium in terram *p*.

a 1. Rom. 2. b Serm. 83.

c quæst. Vet. Test. q. ult. in ps.

d Prov. 25 1. 10

e 1. Tim. 2. 8. f Theren. 2. 19

g Eph. 6. 17.

h cap. 49. 2

i Apoc. 1. 16. k. Prov. 18. 25

l 2. Physic. text. 63. Eccl. 4. 29

m ps. 44. 2

n 20. de civ. cap. 21. o cap. 66. 26.

p Mat. 10 34

Vers. 7.) Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Sensus loci. HÆc ratio, quare in manibus gladii essent anticipites, in sese Hebræi tum defenderent, quemadmodum hi, qui *altera gladium tenebant, altera opus ædificii faciebant* q, tum ut etiam aggrederentur hostes, propria, sque injurias ulciscerentur: atque illos non ram verbis, quam factis coarguerent, & convincerent de iniquitate, ac injustitia: quam exercuerant contra ipsos. Ergo quod increpationes, ac objurgationes verbo proprie fiat, non ferro, Agellius non recte colligit sermone de armis materialibus non fuisse, sed de spirituali gladio Verbi. De Machabeor. victoriis dixi antea. Theodoretus exponere Recipimus tamen mysticè sensui satis antea indicato, & Sensus mysticus.

q 3. Esd. 42. 17

Ade vi prædicationis ad nationes infideles convertendas, fideles, aut quę fidei per opera non respondent, corripiendas, & de utrisque; in judicio cōmendandis ab iis peculiariter sententia judiciale pronuntiandi potestas communicabitur. Cum Enarratoribus explanat hoc modo is, quę priore versu citavi, quęitionum Auctor ad Antiochum *r*, nomine insignitus Athanasii. Pagani occiduntur, inquit Aug., cùm Christiani sunt, & idola franguntur. Mactavit, & manducavit Petrus *s*. Saulus occisus est persecutor & Paulus erectus est prædicator *t*, *vivens ipse jam non ipse*, quia *vivebat in ipso Christus*: accipiens deinde in manibus frameam bis acutam: potest quis pro modulo suo idem præstare, convertens idololatram ab infidelitate, addo fidelem ab improbitate. Euthy., & Niceph. *nationes* accipiunt de Gentilibus, qui dæmones colunt: *populos* de Judæi legis transgressoribus. Remigius exponit de faciendo conversione hæreticorum ab ipsiusmet conversis hæreticis, qui sint de nationibus, & populis, idest, inter hos versentur, quos duplici vocabulo eosdem significari vult. Idem indicat creditus Hieron.. Bruno *vindictam* quoq; spectat *innationibus* diversarum hæresium, ut quidam hæretici conversi reconcilientur, alii, nolentes anathemate damnentur more Ecclesiast.: & sic utrovis modo increpentur. Hugo Victorinus *u*, declarat de malis excommunicandis secundùm præcepta sacræ Scripturæ; vel de prædictione in eos quandoq; ventura: & increpandis bonis, tum perfectis, tum infirmis, ob transgressiones veniales ac leves, quoniam primi ex industria malæ voluntati, & elatione culpam incurrentes, vindicta gravior digni sunt, secundi ex ignorantia, vel infirmitate delinquentes, leviorem increpationem merentur. Simul tamen etiam per anagogen interpretatur *x*, de gravioribus & levioribus pœnis inferni. Cæteri fere ad judicialem referunt sententiā in infideles, & fideles ferendam, quod item Greg. *y*, insinuat. Hilarius vero judicaturos comparat cum Christo ex cujus *ore gladius bis acutus exibit* a, ut ante quoq; diximus, judicium significans potestatis, ut ipse loquitur sive potestatem judicii, *sumet* etiam tunc *armaturam zelus illius, & scutum in expugnabile æquitatem* b, *& stabunt justi in magna constantia adversus eos*, *qui se angustiaverunt* c. Lyranus peculiariter interpretatur de angelis, qui *seperabunt malos de medio justorum, & mittunt eos in caminum ignis* d. Judicialem illam potestatem promisit Christus his, qui propius eum sectati fuerint *e*, ut scilicet cum ipso *judicent in nationibus* f, *dominentur populis* g. Id Joel, voluisse intelligitur, inducens minantem Deum *venundandos Sabæis, genti longinquæ*, nempe reprobos dæmonibus, ex quibus nequeant, evadere ab iis, qui ferent sententiam contra persecutores suos: præterea Malachias *h*, vaticinans *calcandos* ab electis *impios cùm fuerint cinis sub planta pedum* electorum *in die, qua facit Dominus*, hoc est die judicii, in qua decrevit sumere supplicium de illis. Vidit quoque Danel plures Throno positos, cùm judicium sederet, idest, fieret *i*. Vocari potest ea dies, dies sortium propter lætitiam sanctorum, similem ei, quam Hebræi ceperunt de occiso Aman, & dies occisi Nicanoris K: quæ festa celebrantur mense ultimo; qui de signat extremum judicii tempus. De judiciaria dignitate, quibus conveniat, quique sint judicandi, ac de judicio toto, egimus alias tum in hoc, tum in aliis commentariis, præsertim Sapientiæ *m*, & Petri *n*.

Ad faciendam vindictam.) In vetere Psalt., apudque Aug. *Ad faciendas vindictas in gentibus*. Prosper, legit, *ad faciendam vindictam in gentibus*. Hieron., *in gentibus*. Nomina גוים, & תם nec non *gentes, nationes* q; sumuntur sæpe ad Judæorum distinctionem, & pro iis, qui aliter vocantur *Ethnici Paganique*. Nec tamen raro synonyme significant quoslibet populos, etiam Judæos. Remigius de hoc loco in sentit. Nos alibi non semel notavimus, & hic etiam paullo ante. Vere Luca Brugensis *o*, notavit hunc, ac seqq. versus duos ambigue scribi tumin Hebr. tum in Græco tum in Chald. textu, ita ut & singulari & plurali numero verti possint, atque vel ad Deum vel ad sanctos Dei ministros referri. Nam in omnibus versibus habet editiones ille infinitivi modi verba, cum littera servili, aut art. Græco & genitivi casus. Eadē ambiguitatem observat translationis nostræ in hoc, seqq. versu, *ad faciendam vindictam, &c. ad intelligendos Reges eorū*, &c. non autē in tertio, ubi, excento Lindano, qui legi vult, *ut faciat*, &c. legunt omnes, *ut faciant*, &c. Quod cùm pertineat ad factos ministros Dei, credi debet Interpretem priora quoq; de iisdem intelleixisse, quemadmodum & omnes passim Enarratores intelliguntur, ac interpretantur. Græci etiam, non solum Latini, & plurimi eorum, qui cum Hieron. transtulerunt ex Hebræo. Eodem demum redire utrovis modo reddas, rectè idem Auctor admonet; quoniam Deus per sanctos hæc exercere intelligitur, quæ hic dicuntur; & sancti nonnisi Deo operante. Appolinarius homonymiam in isto versu reliquit, vertens in infinitivo;

Δίκην ποιῆσαι καὶ μαρτύρας ἀνδρὸς ἀλλόφυλον,

Populorum diversorum maleficos viros perdere.

Sed sequentia expressit numero singulari, videlicet tamquam Deo tribuens, nisi dicas tribuere unicuiq; sanctorū, qui in uno collectivo sumantur. Magis perspicuus ac simplex sensus est, ut omnia de sanctis pluraliter accipiantur Sibi Deus vindictam referre vavit *a*; & Jer. *b*, videre ultionem gestiebat ex adversariis, quæ fieret à Deo, & *lætatur justus videns eam* c, quam *retribui*; Deus *in hostes suos* d, & *dat justo* e, *facitq; judicium inopis*, & *vindictam pauperum* f, utpote *Deus ultionum Dominus*, *Deus ultionum libere agens* g. Nihilominus armans creaturam ad ultionem inimicorum ille, ipse, cujus *zelus accipit armaturam* *h*, quidni armet sanctos contra impios, & ultione, ac vindictam exequatur per illos. Licita est homini auctoritatem habenti in hominem vindicta, ad quam faciendam hortabantur Machabęi, & ipsimet fecerunt *i*, simul orantes Deum, ut illam faceret *k*. Privata auctoritate tantum abest, ut ulcisci liceat injurias, ut ne Princeps quidem possit proprias, aut alienas, nisi ob utilitatem publicam, nisi per publicam auctoritatem. Nam ut scripsit Seneca *l*, in injuriis vindicandis hæc tria lex sequuta est, quæ Principes quoq; sequi debent, aut ut eum, quem punivit, emendent; aut ut pœnę ejus ceteros meliores reddant; aut ut subtatis malis, securiores ceteri vivant. Qua de re Gellius *m*, ex Tauro Philosopho, & aliis, qui distinguebant in puniendis peccatis caussas tres *n*, τιθέσθαι, sive κόλασιν, sive παραίνεσιν: deinde ἀμοιβὴν, postremo παράδειγμα: ultimam ad exemplum; secundam ad offensi dignitatem tuendam, primam ad correctionem peccantis. Prorsus remota est beatorum vindicta ab odii, malevolentiæ, iræ perículo, nec tantillum recedunt à vindictarijs absque pertur. batione ulla Dei, voluntate. In judicio pœnæ, vindictæque ratio, ad vindicandas Dei, & servorum ejus injurias erit, & ut qui eas intuleruntluant, quod debent; non amplius, ut emendetur hi, vel inde alii meliores reddantur, vel securiores fiant.

In nationibus.) Idest, de nationibus, quemadmodum Ps. 109. *o judicabit in nationibus*, hoc est de nationibus, condemnabit nationes, &c. Quare non ita commode Remigius exponit, quod qui sunt in ipsis nationibus, vindictam sument. Solum significatur, faciendam vindictam in nationibus, five de nationibus. Quia vero qui alii convertit, non videtur proprie vindictam de illo sumere; sed potius magno beneficio afficere: propterea non adeo lenis, facilisq; censeri posset allata superius illa de conversione expositio tamen excusat eam, immo ei favet præceptum, quod Petro datum ibidem meminimus, ut *occideret* sive *macta ret, atq; manducaret* p. Nec alienum à vulgari loquendi formula, ut quis pro injuria beneficium rependens, nobili quodam vindictæ genere vindicare se dicatur. Quod cum Sapiente *q*, Paulus *r*, *carbones congerere super caput inimici* dixerunt, ut scilicet provocatus beneficiis, utatur, & inflammetur charitate, quemad modum docet in commentario Pauli *s*, Ambrosius, aliusve, item Aug. *t*, Hieron. *u*, Eucherius *x*. *Vindicare data* usurpat Seneca *y* pro eo, quod est compensare. Ipsum etiam non vindicare te, cùm possis, vere vindictæ genus habetur apud inimicum, qui se hac ratione contemtum putat, fsuumque damnatum judicium, & conatum, quasi indignum, vel ad quod tu advertas. Fuit etiam *vindicta in nationibus* facta non de illis, sed pro illis, mysticè agamus cum Euthymio, & Nicephoro: quando ab Apostolis, eorumque successoribus, liberatæ sunt à tyranni de diaboli. Exultanter canebat alibi David *z*, *in nomine Domini ultus sum in eos*.

Increpationes in populis.) Vetus Psalterium, & Aug., *objurgationes*, quas hic exponit etiam *correptiones*. Alii vertunt, *redargutiones*, aut *castigationes*. Sunt Græcè ἔλεγχοι, *reprehensiones convincentes*, quales, quibus in judicio

a Rom. 12. 19 Hebr. 10. 30
b Deut. 32 25
c cap. 1. 20
d Deut. 38 43
e 2. Reg. 22 48. ps. 17. 48
f ps. 139. 13
g ps. 93. 1
h Sap. 5. 18
i Vindicta homini auctoritatem habenti licita.
i 1. Mach. 2 67. c. 3. 15. c. 7 24. cap. 9. 42
k 1. Machab 7. 38
l Privata auctoritate, injurias ulcisci nemini licet. l 1. de elem. cap. 22
m Serm. 83
In injuriis vindicandis lex tria spectat.
n lib. 5. c. 14.
o Serm. 83
p ps. 109. 6.
q Sap. 3. 16. r cap. 3. 8.
s Ruperto videtur
t cap. 7. 9
u Esther. 9 20
x Machab. 7. 1. ault.
y in lib. 1 Reg. c. 24. 13.
z Apoc. 2. 16.
a Sap. 5. 20. 1. vers. 1
b Mat. 13. 40
c Mach. 13. 28
d Apoc. 2. 23.

Vers. 8.) Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

Sensus loci. NOn fiet vindicta de nationibus dum taxat, populisq; subjectis, ac de humilioribus, & vilioribus, aut mediocribus tantum personis, verum etiam de regibus, principibus, potentibus, divitibus, nobilibus, ex quibus maxime solet pendere vis, & acerbitas persecutionis, vexationisq; contra justos, & abutuntur plerumq; potentia, qua pollent ad alios violenté, ac tyrannicè opprimendos. Accommodari huc locus Abacuc K, potest: *Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni vidicult ejus erunt*, &c. *Dominę, in judicium posuisti eum, & fortem, ut corriperes eum*. Quam visad litteram sit fermo de Rege Babylonis, qui postquam sæviisset, & Deus per eum corripuisset populum suum, redigendus in ordinem esse; ubi iunuitur mors triumphantiū, qui captos ante se ducebant ad ludibrium, ut mox dicemus. Memoravit David in aliis Psalmis *l*, illustres de regibus externis victorias, quas Hebræi Deo adjutore retulerunt, & narrantur in libris Numerorum *m*, Josuę *n*, Judicum *o*, Regum *p*, sed alligatos compedibus manicisve non legi, quamvis credi possit fuisse, quemadmodum produnt historiæ hoc modo in triumphum Romanorum captivos Reges ductos, ac postea etiam necatos. Meminit Cicero *q*, de vinctis ante currum ducibus inter alias pompæ triumphalis res. Plinius *r*, captorum regnum catenis triumphum gravem vocat aliquando. De catenis præterea illud est Propertii *s*.

e Joh. 36. 4
f ps. 140. 5
g ps. 90. 3 h ps. 121. 7
i Jacob. 2. 14

k cap. 1. 10. 12
l ps. 113. 10 11. ps. 135. 17 18. 19. 20
m 21. 24. 33
n 10. 16. 32 23. 24. 28. 30
o 11. 8. 10 12 17. 21. 22. 1. 11 1. 2. & seq. Reges & duces captivos ante currum vinctus Romani in triumphum ducebant.
p 10. 13. 22. 6. 22. 24. 1. 7. 25
q 8. 21
r ps. 113. 47. c 25. 8. 33. & alibi.
s Orat. in Pisonem. 9 1. in princ. 1. 1. 1. eleg. 1.

Aut Regum auratis circumdata colla catenis
Actiaque in sacra currere nostra via

item Ovidii *a*.

Vinclaque captiva Reges cervice gerentes.

Adhæc Statii *b*,

Actias Ausonias fugit Cleopatras Catenas.

Nam Augustus post bellum Actiacum Alexand. triumpho, cùm Cleopatram ducere nequisset, quæ mortem sibimet consciverat, ipsius imaginem exanguem detulit ut prodidit Plutarchus *c*. Exempla colligit cum Alexandro ab Alexandro optimus ejusdem scholiastes; illustratorq; Tiraquellus *d*, ex variis scriptoribus de Perseo Macedoniæ Rege, de Tigrane, illusve filio, & filia, & uxore, de Aristobulo Rege Judæorum de Mitridatis, sorore, cum quinq, liberis, de Jube Regis filio, de Jugurtha, de Afdrubale de Amilcare, de Adiatorige, cum uxore, & liberis (adde de Gilimere) de aliis regiis, ac purpuratis, & ducibus. Captivos lauro vinciri solitos, atq; ita duci per pompam, Donatus *e*, morem scribit fuisse. Catenas Livius *f*, testatur de Perseo scribens, Vobiscus *g*, de Zenobia, quam aureis catenis vinctam tradit, quæ ab aliis catena fuisse tacetur. Ex pluribus captivis præstantissimus quisq; dilegebatur, ut ducererur in triumphum, quē Caligula ἀνδραποδισμὸν appellabant *h*. Testatur præterea Josephus *i*, id in triumphali pompa servatum, ut cum de foro Capitolium flecteret triumphans, hostium captivos insignes, qui femina discordiarum, & belli auctores fuissent, in custodiam detrudi juberet, ut exacta pompa necti darentur, vel vinculis æternis. De Adiatorige, & filio jugulatis, Strabo *k*, meminit. Sesostris autem Rex Ægypti eo ferociæ processit, ut Reges sorte ductos annis singulis ad currum jungeret, eaque pompa vectaretur triumphans. Auctores sunt Diodorus *l*, Siculus, Plinius *m*, Lucanus *n*. Ultimus hoc modo,

Venit ad occasum mundique extrema Sesostris,
Qui Pharios currus Regum cervicibus egit.

Tigranes etiam Reges, dynastasq; servilia sibi præbere compulit, teste Plutarcho *o*, cui similis fercia Adonibesech in sacra Judicum historia *p*, Lysimachi apud Senec. *q*, & Plutarchum *r*; Bajazeti apud scriptores de rebus Turcicis *s*. Nazarius in Panegyrico Constantini memimit moris vinctos duces agendi, & Reges ante currum triumphantis. Legendi de triumpho Blondus libro decimo triumphantis Romæ. & Josephus cùm describit Vespasiani, & Titi triumphum Etsi vero Day, etate, positve illam, talia de regibus hostium ducibusve, non legamus, quos Hebr. devicerint, nisi computandus Holophernes inter hos videatur, nō propterea litteralis sensu intelligi commode locus hic non potest, saltem juxta figuratè loquendi modum, quo alligari dicuntur, cū superantur. Reges vero multi à David e, & ab aliis post ipsum regibus, tum à Machabæis etiam devicti sunt. De sensu mystico, qui sane potior est. satis constat ex his quæ superioribus versibus dicta sunt, videlicet de vinciendis Christi, & Eccl. servitio potentibus quoq; viris per compedes verbi, & sapientiæ, de quibus Auctor Eccl. *r*, nec non timoris, qui ferro comparatur. donec evadat in aureum torquem, ut philosophatur Aug., simul egregie demonstrans conjugum esse vincula ferrea aut de revocandis hereſiarchis & vinciendis per scripturarum contextus catenas, quod putatus ait Hieron., & alii: quod vero attinet ad judicii, tempus, ut æternis inferni vinculis constringantur, tum demones, tum homines, qui noresta te, qua pollebant abusi sunt ad pios persequendos, & *ligatis manibus, & pedibus mittuntur in tenebras exteriores u, & alligentur in fasciculos ad comburendum x*. Videri potest vaticinium Esaiæ *y*, propriæ conveniens temporī veri Messiæ huc alludere, sub Cyrisſtypo. *Hæc dicit Dominus Labor Ægypti, & negotiatio Æthopiæ. & Sabim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt, vinctī manicis pergent: & te adorabunt teque deprecabuntur; tantum in te est Deus absconditus, Deus Israel salvator.* Quem locum de Christo interpretati sunt, Hieron., Cyrillus, Procopius; item Tertul. *z*, Cyprianus *a*, Hil. *b*, Amb. *c*, Lactantius *d*, Eusebius *e*. Epiphanius *f*, quos Leo Castro in Esaiæ commentario citat: Amb. *g*, autem vocat vincula charitatis, quibus teneantur qui fugiebant, & sint adamante fortiora: & hortatur, ut *dirumpamus vincula* peccato rum; *projiciamusq; à nobis jugum ipsorum h*. Potuit adjicere consilium Sapientis *i*, *de injiciendo pede in compedes sapientiæ: colloq; in torques illius*; de *non acediando in Avinculis* ejus, quia compedes hi sunt in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, torques in stolam gloriæ, vincula alligatura salutaris. Eodem spectant apud Oseam *k*, *funiculi Adam*, *vinculaq; charitatis*: quibus *trahit Deus, exaltans jugum super maxillas, & declinans ad nos ut vescamur*. Idem Amb. *l*, & magis aperte Hilarius *m*, indicant impletam Prophetiam Esaiæ, cum primum advenerunt Magi, ut adoratent Christum *n*, & Hilarius *o*, per vinctos excelsos, sive sublimes, intelligit Apostolos, judicaturos mundum, & Dominum suum passionis suæ martyrio secuturos, qui vincti secuti sunt eumdem Christum, quia Petrus præcinctus seu succinctus est *p*: Paulus gloriabatur in vinculis, *q*, seque *Jesu Christi vinctū r*, glorioſe nominabat. Cyrillus, & Procopius *manicas* exponunt charitatis nexus, & compedes inexplicabilis in Deum pietatis, à qua nihil sit, quod valeat *separare s*: Hugo S. Victoris *t*, transfert illa tum ad Prælatos, tum etiam ad subditos, ut illi quidem præsertim, sed & hi, reges corripiant, quum opportunum est, ac potissimum auctoritate sanctitatis refrænent, hoc est, eos, qui ex officio, virtute discretionis alios regere debent; & nobiles, idest, qui cujuslibet fulgore dignitatis ceteris videntur præpollere. Quod autem, & à subditis recipi correptio libenter debeat, confirmat Gregorii*, testimonio, cum exemplo Pauli, qui *restitit Petro in faciem u*, hicque illum manſuete audivit: ac Davidis, qui se simili modo gessit cum Nathan *x*; & quoniam nisi afina sessoré suum usque ad angeli gladium subvexisset *y*, uterque sententiā subiisset. Addit anagogem de gravioribus pœnis potentum in inferno, ut *potenter tormenta patiantur, & fortioribus fortior instet cruciatio z*. Porro quoniā triumphi mētione prius fecī, in quo ex victis vinct deducebantur præcipui quiq; non incommodè mihi quidā, *a* videntur observare, hic, ac sequenti versu, cum præcedentibus inciendo a quinto, plures aliàs triumphantiū conditiones, præter istam; nam exultare sanctos in gloria, refert arcus triumphales; quibus res præclarè gesse inscribebantur, & inscribebantur; lætari in cubilibus, indicat currus triumphales, quæ possunt æstimari beatorum corpora, dotibus quatuor ornata; *exaltationes Dei in gutture*, repræsentant musicum concentum vocum, & instrumentorū, quo decantabātur triumphantium laudes: gladii ancipites in manibus, sunt loco trophęorum, armorum, scutorum, quę suspensa in curribus, aut aliter ferebantur, arma nimirum militiæ, non carnalia; sed spiritualia *b*; & fortallis ipsamet arma, eorumve signa, quibus martyres mortem pertulerunt pro Christo: alii alia passi sunt, tandem *alligati reges, nobilesq;*; sensus corporei censentur, qui olim acerba justis bella moverunt, ac ipsos interdum debellaverunt, una cum dæmonibus tentationibus, & hominibus persecutoribus, sed *non coronantur, nisi legitime certans c*, non triumphat, nisi qui justā reportat victoriam. Quinq; millia hostium una facie cecidisse triumphatorum apud Romanos oportebat *d*: nec pro recuperatis his, quæ bello amissa erant, sed pro aucto imperio triumphus decernebatur *e*: necesse etiam erat, ut suo ductu, ac auspicio, & in sua, non aliena provincia, eaq; pacata, & nullo manente bello, imperator hostes profligasset, & vicisset *f*: præterea fere non concedebatur, nisi ei, qui legitimo magistratu dictatoris. vel consulis, vel prætoris exercitui præfectus, rē gessisset, non item triumphare poterat, qui magnis perpessis cladibus, ac nimium cruenta potius victoria esset *b*: nec qui perdomitam, pacatamq; provinciam successori dedisset *i*; nec qui civem Romanum quamlibet pernicioſum k, aut piratas, servos, fugitivos, aliudve genus hominum Romano nomine indignum vicisset, utpote, qui non haberentur hostes *l*. Deniq; justos oportebat esse triumphos, legitimos, veros, meritos, quos impediebat, ne fierent, dies dicta Imperatori ob res in bello gestas *m*. Plura Alexander *n*, ab Alexandro cum Tiraquello, ex quibus murmuri sumus, & Marcellus Donatus *p*, atque de noſtris Valerinus *o*, eopioſe, ac Pontanus *q*: præterea religionis malæ auctores Wolfgangus Lazius *r*, & Joannes Roſinus *s*, item Sigonius, & Panuinus in triumphis, ac faſtis, Julius Cæſar Bulengerus in ſpoliis bellicis: Franciſcus Modius in pandectis triumphalibus Aſtolphus in Officina hiſtoriæ, Baptiſta Campofulgoſius *u*, Auſtor inſcriptionum, Ovidius *x*, autem carmine omnia eleganter deſcripſit. quæ paſſis non irepte vel ad Chriſti primum in terreſtri, deinde in cœleſti Jeruſalem triumphantis pompam, tum etiam cujuslibet beati applicare.

Ad

Ad alligandos Reges eorum in compedibus.] Hieron. *ut intelligent Reges eorum in catenis*. Sed Trevetus recitat ex eodem, *ut alliges*, & explicat, *ut alligari facias*. Vetus Plater., & Auguſt. *ut alligent*, &c. Hebreum לאסר *leſoi, anceps eſt*, ut & precedentis, ac ſequentis verſus verba infinitivi modi. *Catenas* reddunt alii pro nomine זקיקים *zikkim*: quod et ſi *compedes*, & *manicas* aliqui velint e c, plures ajunt in univerſum vinculorum genus ſignificare. Hieron., aut Philippus Presbyter in Job *a*, legit, *in manicis*. *Catenas* vertit Interpres in Job *b*, in Nahum *c*, *compedes*: quo etiam loco utroq; ſermo habetur de Regibus, & optimatibus, qui ſint in catenis, & in compedibus conſixirturſus *catenas* in Jeremia *d*, & quidem *manuum*, ubi de ipſomet Propheta fit mētio, ſed ſub ſimili nomine אזקים *azikim*, quod valet *catenas ferreas*, cōpedes, *manicaſque ferreas*: in Eſaiæ *e*, dum agit de viris ſublimibus, ut antrea recuſi, qui vincti venturi ſint ad Chriſtum, *manicas*, χειροπέδας, pro quibus miror legiſſe Cyprianū *f*, *compedes*. *Vincula pedum*, hīve *compedes* ſignificāt, quæ hic ſunt Græcè πέδαι, & apud Apollin. ἀλυσιδωτὰ: ac Latino etiam ſermone appellantur pediæ, iaquasi, quibus pedes illigantur, quod compedum inſtrumenti recte expreſſum eſt nominatim, ob antitheſin cum manicis. Symbolum ſervitutis cateno, compedes, manicę ſunt; ut è contrario, quod de carcere, catenisq; quis egrediatur ad regnū *g*, ſicut accidit Joſepho *b*, cujus *animā ferrū pertransierat i*.

Et nobiles eorum.) Hieron., *inclytos*. Alii, *Principes, primates, proceres, dignitate pollentes, magnates, glorioſos, honoratos, præſantes: ſplendidos, excellentes* נגדרום *nichbadim*. Chaldaicè אקיריא *ja'ktrim*; *pretioſos quiq; in pretio habētur, & magni æſtimātur*. Redditur apud Etaiā *k*, & Nahum *l*, idem nomen Hebræum per *inclytos*: & in pſ. 86. *m*, *glorioſa dicta de civitate Dei*, נכבדות *nicbadoth* dicuntur. Vocantur hoc loco Græcè ἔνδοξοι, & ab Apollin. ἐμβριθεῖς, *valde pretioſi*, aut *honorati*. In divino judicio aut la erit. πρωσωπολη ία, perſonarum ve acceptio, quam tecies à Deo removent Scripturæ *n*, & nobis prohibent *o*. Qua vero *difficile dive. inter at in regnum celorum p*; propterea de nobilibus, & Regibus differte hic dicitur, quod ea nquam rei cateris, ac ferro onu ti co mparebunt in judicio, ut juxta præſcriptas divinas leges damnentur. Detinet, ac detinebit infœlix infernus, ex potē tioribus, ditioribus, nobilioribus, doctioribus plures, pro rata, ut loquuntur, portione, quam ex imperitis, vilibus, egenis, infirmis. Narrat in Vulſrani vita Jonas, referetque in Mogūtiacis ſuis noſter Serarius *q*, cum Rabodus Friſonum Rex, à ſancto illo Epiſcopo, quem ſub jurejurando interrogiverat catechumenus, ubi eſſet major numerus Regum, Principū, ſeu nobilium gentis ſuæ, in illa videlicet cœleſti regione, quam ſi creſceret, & baptizaretur, percepturum ſe promittebat an in eā quam dicebat tartaream regionem: reſponſum accepiſſet, prædeceſſores ipſius Principes gentis Friſonū n, qui ſine baptiſmo deceſſerant, damnationis ſuſcepiſſe ſententiam, à baptiſmali fonte, ad quem jam acceſſerat, pedē retraxiſſe, cūm diceret, non ſe carere poſſe conſortio prædeceſſorū ſuorum Friſonum Principum, & cum parvo pauperum numero reſidere in illo cœleſti regno; velleq; potius permanere in his, quæ multo te mpore. cum omni Friſonu n gente, ſervaverat: nec poſſe facilē navis dictis aſſenſum præbere. In hunc merito quidam Poeta Chriſtianus, quoniam inter damnatos catena religatum ignea viderat B. Willebrordus, ita cecinit exclamando.

O jocus, ò dirum, & tibi formidabile ſemper
Elegium, Rathode, tuum, poſt triſtia fata.

In manicis ferreis.) Hieronymus, *in compedibus*, priore namque loco *catenas* poſuerat, ut recuſi. Alii *pedicas* reddunt, quæ ſynonymæ ſunt compedibus. Quidam *vincula* generice, ſeu *catenas*. Auguſt., Proſper, Arnobius, Caſſiodorus, putatus Hieronymus, Pſalterium verus, Romanum Ambroſianum habent, *in vinculis ferreis*; item Philippus presbyter, qui fertur ſub nomine Hieronymi in Jobr, & Gregorius in librum Regum *s*. Præſtat retinere manuum, ac pedum diſtinctas catenas, & vincula. Hebraicè נחלי כרזל *chaule barzel*. Tranſtulit Interpres pſalmo 104. *t* נחל *chevel compedes* plurali numero. Sic eadem nomina modo hoc, modo illud ſignificant; & quæ ſynonyma ſunt, recte, pro inſtituti ratione, in diverſa diſtinguuntur ſignificata. *Manicas*, & *vincula* conjungens Virgilius *u vincula* compedes videtur intelexiſſe: cum *compedibus manicas* conjunxit. Horatius *x*: Lucilius *y*, cum *pedicis*, & generice cum *taxatis*, Propertius *z*, *durum catenam manus*, & *regales manicas* Antiope pro eadem ſitur pac. Auteas, Zenobię Reginæ ca tnas fuiſſe antea dixi, honoris videlicet cauſſa, quemad m dū Tyrii oblidione preſſi, ſimulacrum Herculis, ne Urbem deſereret, aurea catena devinxerunt: æquod Lacedæmonii quoque in ſimulacro Martis fecerunt *b*. Ante Zenobiam, alios quoque Reges aureis onuſtos vinculis inceſſiſſe, teſtis pridem citatus Ovidius *c*,

Vinclaque captiva Reges cervice ferentes.
& quem etiam citavi, Propertius *d*,

Aut Regum auratis circumdata colla catenis,
Præterea Siliuse,

Ante Sipoax ferretro reſidens captiva premebat
Lumina, & aurata ſervabat colla catenæ.

Ferrea materia, & dolori, & ſervili conditioni ſervit magis. Qua de cauſſa triumphantis manui ferreus annulus inferebatur, ut ſervis æquari quodam modo videretur, ut Plinius *f*, prodidit; Marii proferens exemplum. *Manicas ferreas* expreſſit David, quia lignæ erant numellæ, quas Plautus *g*, annumerat nervis, catenis, pediciis, boriis. Ceterum à nomine ferri, ut Hebraicè dicitur ברזל *bar Kel*, exiſtimari poteſt vetus Hetruſcum nomen *Barazel*, derivatum ſignificans, ut Fabius pictor *h*, docet; & cum illo Annius Viterbienſis, præfactum lictorum, & percuſſiorem. Unde adhuc Italis vulgo vocatur ſimili vocabulo *Barigello*, aut *Bargello*. Myſticum ſenſum vinculorum ferreorum, ſive manicarum, prius indicatum, perſequitur diligentius Aug. de timore; ita ut ferrea ſint vincula, quamdiu timemus, (nimirum ſervili timore) aurea eva lant, ſi amemus, quia *perfecta charitas foras mittit timorem, qui tormentum*, ſeu *pœnam habet i*. *Initium ſapientiæ timor Domini K*: ſed procedenti ad amorem, torques aurea circa cervicem imponitur. Maximè Reges & nobiles impunitatis ſpe peccant, quibus non facilè dicetur, inquit Aug., Quid feciſti? & niſi Deum timeant, non habent quem timeant, retinent eos vincula ferrea timoris Dei, proponeatis gehennæ tormenta, & adverſus concupiſcentiam blandientem, pœnæ metu deterrentur. In licant præterea cōpedes, & manicę, quibus alligabuntur reprobi in judicio. nullam eis deinceps facultatem fore vel evadendi inferni pœnas, contra quem Origeniani ſenſerunt; velopus ullum bonum volendi, quod ligari pedes denotant; operandi, quod manus ligatæ ſignificant, & obſervatum eſt ab Ayguano. Quo ſpectare pridem dixi, *ligatis manibus, & pedibus miſſos in tenebras exteriores l & alligatos in faſciculos ad comburendum m*. Expedit hic fortiter ligari, & vinctos eſſe Jeſu Chriſti, illiq; conſigi, ut liberi poſtea cum ipſo eſſe poſſimus, & jam ſine vinculis, de vinculorum fixuris, & clavorum gloriari. Diſtinguit hoc loco Bonaventura ſunibus ligatus ad Deum, qui tentantur quidem ſepe, ſed ob memoriā promiſſionum homini factarum, & cōſideratione honeſti, retinent ſe, ne propoſitum penitus rumpant: declavis timoris Dei, qui noti timeant peccare, ſed ardere; propterea ; pœnę metu declinent à malo, utpote *confixas eo carnes* habentes, & *à delictis divinis timentes n*; glutino charitatis, quo Deo conjunguntur, ſicut arcæ Noeticæ ligna materialia ligabantur. Simili quadam ratione Chriſtum docet ligatum ad columnā, deinde crucifixum, tandem glutinoſa unctione aromatum linitum. Poſtremo ait, quod non diu Deus patitur homines in duobus prædictis eſſe, ſed ungit unctione miſericordię ſuę, ut reſurgant in novitate ſpiritus, & dicat; *Quis o, nos ſeparabit à charitate Chriſti?* &c. Redegit in ſummam; quæ Bernardus integro ſermone diſputat de triplice cohærentia vinculorum, clavorum, & glutinorum; Dignus lectu ſermo. Sed & quæ in tractatu de paſſione Domini *p*, ejuſdem vincula numerat, cum ſpirituali emolumēto legentur, nēpe charitatis erga nos; obedientię erga Patrem cęleſtem, parentesq; temporales; præſepii, ſuni, quibus in horto colligatus, & vinctus eſt, aliorum, quibus ad columnam, ut flagellis cæderetur, quę ipſa flagella cęſeri poſſunt vincula, corona ſpinea; clavorum, quibus affixus eſt cruci. Ait indigna tanto Rege eſſe vincula, demtis duobus primis, exēplo cujuſdā Regis, qui cum humana ſagitta percuſſus, peteretur, ut ſe ligari permitte-

a 4. Triſt. eleg. 2

b 3. Sylv. in 2

c in Antonio

d in Xerxe. Adelph. oft. 2. lec. 1 Elib. 55

e in Aureliano.

f Sueton. in Caligula. 1 7. de bell. Jud. cap. 24

g lib. 12

h lib. 2. c. 1 in lib. 33. c. 3 in lib. 10

i in Lucullo p. cap 1 q 3. de ira cap. 17 k epiſt. de exilio l lovius de viris Turcarum Auctor. lib. 8. m prooem. lib. c

Sensus myſtico o

p 6. 6, 25. 39

q Matt. 22 33 r cap. 13. 30. 7. 8. 9. 14. 15 s cont. Praxeap. 12 a l. 2. cap. 6 b 4. de Trin. & 5 c in pſ. 67. & in pſ. 118 ſer 21. & 1. x de fide 6. 2 & in ep. ad Rom. cap. 2 d l. 4. cap. 25 e 6. demonſt cap. 2 f bar. 57 Novatian. & 6. a Sabell g in pſ. 37 h Joſua. 23 i Eccl. 6. 25 & ſeq.

k cap. 11. 4 l in Iſaiā ſerm. 21 m 4. de Trin n Matth. 2. 1 o 4. de Trin. p Joan. 11. 2 q Eph. 2. 1. 4. 2. Coloſſ. 3 2. Tim. 2. 8 ad Philem. verſ. 10 r lib. & Pſal. 143. 24 17. Colo ſſ. 3 18. ad Ebrē. mon. 9. 13 f Rom. 8. 85 ſerm. 32

* in Paſtor. u Galat. 2. 11 x 2. Reg. 22 13 y 1. Num. 22 21. & ſeqq. z Sap. 6. 9 a Dict. in 2 pſ. Pſalm. pſ. Dom. 2 Quadrag. Triumphan tium condi tiones.

b 2. Cor. 10 3. 2. Tim. 2. 5 Conditiones quæ requirebantur apud Romanos ad triumphandum.

c Val. Lu. 6. 3 Oroſ. l. 5 cap. 2 d Val. ſup. Plutarch. in Pomp. e Valer ſup. & l. 5. cap. 1 Livius ſæpe ea l. 8. & 4 d ecad. lo. ad finem, & lib 4. Veller. 2 f Val. ſupra Livius 3. de. cad. lib. & 4 d ecad. lib. 1 Plut. in Scip. g Valer. l. 3 c. 7. & 3 h Liv. 4. de cad. l. 9 i Vell. 2. ac. 1 Herod. l. 3 k D. de captiv. & poſtl. reverſis lib ſtes ſunt. l Cic in Lucull. Salluſt. in Catilinā. m 11. cap. 22 n Sueton. in Auguſt. c. 38 o 8. de milit Roman. 6. 9 & ſeq. ſere uſque ad ſinem libri p 5. progym. p. 2. in 29 q 9 de regib Rom. c. 3 r 10. antiq. Rom. 18. & 29 ſ l. 3. cap 3 t l. 2. cap. 2 u 4. Triſt. eleg. 3. & 1 de Arte, ibi, Ergo erat illa dies, &c.

a 2. Aeneid. l. 2. ep. 16. y l. 20. ſatyr. 15 z l. 3. eleg. 19

a Plutarchi in Lex. & proble c. 61 Curtius l. 4. Died. Sicu. b Pauſan. l 3 c. 4. Triſt. eleg. 2 d l. 2. eleg. 1 e lib. 17

Cauſſa, cur triumphan ti manui ferreus annulus inſeretur ſolebat f l. 33. cap. 1. g in Aſinaria.

h li

Senſus myſticus ſub ſi. culorum.

i 1. Joan. 4. 18. Kpſ. 110. 10

l Mar. 12. 10 m cap. 13. 33

o Rom 8. 35

p cap. 4

mitt eret, donec excid e: et ut, quia levissimo motu mortem posset incurrere, non decere respondet, vinciri Regem: sed carmine licet minus apto) oportere, ut

Libera sit Regis, & semper salva potestas.

Addit dedecere, qui solvendi, ac ligandi habeat potestatem, quã & aliis communicat *a*) & *solvat compeditos* b, ligari. Horcatur deniq; ut vinciamur vinculis passionis boni JESU, ut etiam vinculis charitatis cum illo vinciri possimus: Quoniam vero ipse vinculis charitatis devinctus, ad suscipiẽda vincula passionis de cælo tractus est in terras: & nos è contrario, qui de terris trahi desideramus ad cælum, prius passionis ejus vinculum nostro capite colligare debere dicit, ut per hoc ad charitatis vincula pertinentes, unum efficiamur cum ipso, prout is à Patre pro nobis oravit *c*. Quid hac unitate, inquit, glorioſius? quid ultra vel optare poteris, vel habere? o fœlix, fœlicior, immo omnium fœlicissima unitas. Alligavit Christus *d*, fortem adversarium, qui mulierem in curvã alligaverat *e*, hoc est, Synagogam, & asinam, pullumq; illius *f*, id est, gentilitatem, ut nos validius, ac solidius alligaret sibi, sed B solutos à diaboli laqueis, & vinculis, *alligavit vulnera nostra* g, curavitque Ligatus est Satanas *h*, tamquam canis innexus catenis, ut latrare, & sollicitare possit, mordere, non, nisi stultum volentem, & accedentem ad ipsũ possit quemadmodum ab Aug. *i*. scriptum est. Extrahitur beneficio gratiæ Christi *leviathan* iste *hamo, fune ligatur lingua ejus, ponitur circulus in narribus ejus, armilla perforatur maxilla ejus*: ligatur etiam ab ancillis k, ut exponunt Job Gregorius, & Philippus Presbyter. Idem cum angelis suis *in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservatur* l, & *rudentibus inferni detractus in tartarum, tradetur cruciandus* m, licet nunc sine cruciatu non sit, & suam, veluti mancipium, circumferat catenam. Caveant sibi potissimum viri; fœminæ; quibus placet tantopere aurei torques, armillæ, inaures, dextrariola, & adeo multiplex vinculorum honestorum genus, quę sic honorant, ut onerent, nec raro alios attrahunt vinciunt, stringunt, atq; secum in damnationis barathrũ perducunt. Ut fortassis data opera torquatos istos, & catenatos in medium Propheta nunc adduxerit, quoniam per quæ quis peccat, per hæc & torquetur *n*; cui sententiæ similes Rhadamanti versus feruntur,

Justa malis hæc est admisso crimine pœna,
Si quæ fecerunt, eadem patiantur & ipsi.

Quod & hic intelligere possumus de persecutoribus, qui justos carceribus, atque vinculis vexaverunt.

Vers. 9.) Ut faciant in eis judicium conscriptum: gloria hęc est omnibus Sanctis ejus.

Sensus loci. VIndicta, increpationes, compedes, manicæ huc demum referuntur, ut fiat de Regibus & nobilibus, haud dubium, quin etiam de aliis hostibus inferioribus, judicium conscriptum, atque sententia pronuntietur, juxta scriptam legem, ac inde velut ex codice recitetur, & pręterea monumuntis ad æternam memoriam tradatur, ita ut tam illustris victoria cunctis innoteſcat, & tamquam D in marmorea columna inscribatur. numquã delenda de hominum memoria. In hac re consistit, & insigniter cognoscitur Hebræi populi gloria, perspicitur que, quã Deo charus sit, & quantum referat fructum, decusq; & sanctitate, id est, quod fuerit Deo dicatus, & consecratus hic populus: Judicium hoc, & sententia consistit tum in verbis, tum in factis, ut scilicet liceat victoribus reipsa demonstrare, ac sermone etiam declarare tanti beneficii magnitudinẽ adeo ingens decus, tam magnã gloriam, honorem. Id ut conveniat, nobiliore quodã modo, assessoribus Christi judicantis, quę adhuc dicta sunt, satis ostendunt. Vani autẽ, & stulti Judæi frustra interpretantur de triũpho futuri Messiæ, ac de vinciendis Gog, & Magog; cunctisque adversariis suis juxta prædictiones Ezechielis o, & Zachariæ *p*, nec non, & secundùm illa Deuteronomii verba *q*: *Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea; reddam ultionem hostibus meis*. Quod attinet porro ad omnes Sanctos, quo pacto

Gloria hęc omnibus futura sit, ut faciant judicium, & una judicent cum Christo; alibi disputatum est. Apostolus *r*, universe affirmat, quod sancti de hoc mundo judicabunt Nec inverisimile est, fore, ut à Christo judicati misericorditer, postea cum eodem Christo judicent suos persecutores. In libro etiam Sapientiæ scribitur, quod *judicabunt justi nationes* s, & quod *tunc stabunt in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt* t. Quod intelligitur non solum per exemplum vitæ, perque comparationem benefactorum, cum peccatis aliorũ, ratione enim minorum majorum, aliqui quoq; reprobi alios judicabunt ut Ninivitæ, & Regina Austri *u*, sed etiam per approbationem sententiæ divinæ, atque suffragium; salva nonnullis peculiari nonnulla disquisitione, ac discœptatione de meritis, & causis aliorom; simul cum prolatione sententiæ; quæ dignitas communis futura videtur omnibus, ex quovis ordine perfectis, tametsi quis perfectionis gradus requiratur, soli Deo notum sit. Apostoli, & perfectissimi, quique cum Christo judicaturi mundum credendi sunt, inquit Hugo Victorinus *x*, Pampolitanus, etiam perfectos nominat, qui omnia pro Christo reliquerit; Cassiodor, alios multos pręter Apostolos, quotquot Christi regulis non repugnaverint; fiet hoc judicium conscriptum, & quia recitabatur sententia juxta ea quę sacris libris, qui scripti sunt, continentur, præsertim Evangeliorum; & quia consentanea erit æterno divino decreto, & quia libri conscientiarum aperientur, in quibus extant mala, & bona singulorum: & quia proferentur in mediũ hæc eadem tamquam promta ex libris codicibusque rationum; & quia decretoria illa sententia immutabilis erit mittens *in ignem æternum, & in vitam æternam* y. Visi aliquando in historiis narrantur vel mali angeli referre in scripta, quæ ab hominibus gererentur; & vidit Daniel z, apertos libros, cùm judicium sedit; Joannes *a*, etiam judicatum de singulis *ex his quæ scripta erant in libris secundùm opera ipsorum*. Referunt eadem hæc alii ad præsens tempus, in quo, ut ait Bruno, Sancti faciunt judicium conscriptum, idest, judicium Ecclesiasticæ disciplinæ in multis auctoritatibus scriptum, pœnitentibus quidem pœnitentiæ pondus, prout justum est, imponendo non pœnitentes autem justo anathemate damnando. Hugo *b* Victorinus explicat, ut Sancti juxta divinum decretum litteris divinis mandatum, alios pro contumacia puniant, alios de suis transgressionibus corripiant, & integritati virtutum restituant, in quantum possunt: hanc vero esse gloriam omnibus sanctis, ut ipsi boni per justitiã existant, & in aliis puniendis vel corripiendis secundùm rationem prædictam, gratiam sibi datam exerceant; minores Sanctos cooperari ad illa, si non facto, vel verbo, tamen voto, *lætando quum vident vindictam* c, & multo magis, cum veniam emendatis concessam, sicut de gaudio Angelorum Christus dixit *d*. Putatus Hieron., exponit de convertendis hæreticis, qui postea convertant: quos ligaverint, & seduxerint, sic eos judicent, quomodo in scripturis sanctis digestum est. Ex sensibus mysticis ille communior, qui pertinet ad futurum, in quo, ut Gregor. e, hunc quoque locum sic intelligens ait, *glorificantes se* Dominus *glorificabit* f, efficierque, ut contemtores ejus perpetua ignobilitate feriantur, ferreis, ac ceteri vincti, ut dictum est, vinculis ad pœnã: & qui modo se adversus parvulos temporaliter erigunt, à fulgore honoris, & ausu suæ tyrannidis æterna pœna cohibeantur. Quod, ut non semel dixi, cum Hilario, & Cassiodoro, est plane novum, corde, existimati purgamenta mundi, abortiva gentium, tale judicium ferant de nationibus, populis, rebus, nobilibus, prout lex præscripserat. Prophetæ nuntiaverant, omnis divinus sermo testatus fuerat, fides, pietas, continentia, confessio, contemtus sæculi exigebat. Ceterum Rickelius occurrit objectioni, quoniã ordo perturbatus videbatur, ut judicium, increpationes, vindicta gladii memorari sint, postquam facta mentio de exultatione Sanctorum in gloria; cùm hæc posterior videatur, quando scilicet justi, finito judicio, cum ceteris quæ ad ipsum pertinent, *ibunt in vitam æternam* g. Respondet ordinẽ talem positum à Christo in illis verbis: *Ego* h *disposo vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, judicantes duodecim Tribus Israel*. Adhuc responderi potest ad exultationem in gloria spectare; quod sancti judicent, actam gloriosẽ, & exultanter compareant in judicio. Quod etiam verum est de judicio sumto, ut hic fit, à Sanctis, deque vin-

vin dicta, & increpationibus. Ut merito David invitet in A alio psalmo *a*, *Montem Sion ad lætandum, & exultandum filias Judæ, propter judicia Domini*. Exclamandum hic cum Apostolo, *b*, *Deo autem gratias, qui semper triũphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*, in illo inquam *Christo Jesu*, qui *expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso* c, videlicet eo fere ritu triũphi de quo prius dixi, cum etiam *ascendens in altum captivam duxit captivitatem*, accipiens ab hominibus, *etiamq; dona hominibus* d. Triumphat nos Deus, quia de nobis, & per nos triũphum agit, victoresq; in sua facit fide, ut Ambros. & e, Hieron. f ecclarant; ac mittit honoris causa, in triumphum suum, & gloriæ, quæ sibi triumphanti debetur, participes reddit, claros, illustresq; facit, & id quidem in Christo, hoc est, per illum, & gratiam ipsius, sive in ejus fide, ac religione. Peculiariter triũphum Dei Hieron. g, docet esse martyres, pro Christi nomine cruoris eorum effusionem, & inter tormenta lætitiam. Sed placet etiam de judiciaria dignitate interpretari ad rem nostram, quæ hoc psalmo tractatur.

Ut faciant.) Legit Lindanus in singulari numero, *ut faciat*. Quod exponendum erit de Deo. Sed monui vers. 7. verba omnia versus nostrorum infinitivi modi rectius declarari per tertiæ personæ verba: quamvis Græci ferè illum alium modum sectentur.

In eis.) Idem quod, *in eos*: quemadmodum versu 7. *Vindictã in nationibus, & increpationes in populis*, idem valent, quod *in nationes*, ac *in populos*. Quidam vertunt, *in eos*: Apollinarius, *cum eis juxta rotam*.

Judicium.) Vindictam interpretantur alii. Recte; siquidem aliquis accipiat, ut cum dicitur *gladius judicis* i, *poni* quis *in judicium* K, *perpetrare judicium*, in aliqu. l. Euthym. & Nicephor. vocant τὸ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις δικαίωμα, *justum perditionem*.

Conscriptum.) Hieron. *scriptum*. Alii *præscriptum*. Dupliciter significavi, hoc exponi posse, vel ut fiat judicium juxta præscriptam legem, & propheticam, vel ut proferatur secundùm ea, quæ conscripta erunt in libris conscientiarum vel ut hoc judicium ratum firmum, & quasi ære, seu marmore incisum. Parapurastes exponit, quod scriptum est in lege; quæ communior expositio est illa, & aliis divinis scripturis. Quum hac addit præterea Euthymius illam aliam de perpetuo quodam monumento: quod Chrysost. appellat κρίμα ἐγκαυστὸν, διαμονὴν ἔχον καὶ ἀνάλωτον, *a flammam* τῆς παραδείγματος. *Judicium conscriptum, volens, certum.* (quasi dicas consertum, Galli, *emologue*) *quo liberationi tradi non possit*. Tantam etiam rem victoriam dicunt, ut omnibus nota sit, & manifesta, videaturq; in marmorea columna inscripta, & quæ deleri nunquam possit. Respondit Abraham petenti, ut mitteretur ad superstites fratres qui pia nec defunctis, Moysen & Prophetas audiendos *m*: quasi diceret, ex iis vitæ præcepta sufficientia peti, in illis judicium, ac judicii sententiam deprompendam contineri. Per eteri testimonia scripturarum *n* de futuro judicio, in Epistola Judæ, citatur ex libro Enoch. *Ecce, venit Dominus in sanctis millibus, facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra Deum peccatores impii*. Quod alii afferunt de marmorea, similive columna, innuit partem triumphi, de quo nonnihil prius attigimus, fuisse arcus triumphales, sive fornices, aut statuas, aut columnas aut turres, aut pyramides, aut alios titulos, aut etiam aras, quibus rei præclare gestæ narratio, eloquium que incidebatur, ac erectæ inscalpebantur, (quę initio affigi ipsamet solebant, ac ita componi, ut crucifixi hominis speciem, quod Tertullianus *p*. Minutius *q*, Justinus *r*, observant referrent) vel separatim, & per se extra fornices; qualia, quæ hodie visuntur in urbe Marii trophæa. Arcuum autem, sive fornicum vestigia satis integra extant Septimii, Titi, & Vespasiani, Constantini. Hecerant, ait Plinius *s*, animorum ingentium imagines, quæ emptori ædium refigere non liceret, triumphabantque etiam dominis mutatis, ipsæ domus, & erat hæc ingens simulatio, exprobrantibus tectis quotidie impellem dominum intrare in alienum triumphum. In divinis litteris mentio est

fornicis triumphalis erecti à Saule *t*, tituli ab Absalone *u* sad fornicem quoque triumphalem alluditur in Habacuc. verbo rum cum scribitur, quod *rex sapiens dissipat impios, & incurvat super eos fornicem*, quam visionem προφορὰν, עִקְּפוּ *ophau*, *roiam* significent. De hoc argumento idem, qui supra de triumpho, tum Bullingerus *y*.

Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.) Hieron. *decor est omnibus Sanctis*. Omitit pronomen demonstrat. vim, proque illo posuit verbum substantivum, cum Hebraice sit duntaxat pro nomen הוֹא *ba*, & alii supplentes quoque id verbum, optative acciptunt, *gloria sit*, vel in futuro, *gloria erit*. Pronomen illud est masculini generis, videturq; innuere Deum, ut ipse dicatur gloria omnibus Sanctis, omnium universe sanctorum: Deus, & rex gloriæ Christus est per cujus merita, tanti gloriam consequuntur. Positam legerunt LXX. הוא *hi*, generis fœminini, quod usurpant Hebræi pro neutro, quo carent, constat quoque inter eum ierisi cum *vau* in medio, sed cum *chirik Katon* חוא *hi*. Codices Græci Complutenses, Regii habent in futuro ἔσται: sed in Theodoreto, & aliis interpretibus Græcis lectionem istam non reperio, quam affirmant Genebrardus se reperisse. *Gloria* vers. 5. dicebatur תואר *chavod*: hic autem תהר *hadar*. Hoc nomen exponunt etiam alii *honorem, & decus*: Apollinarius κόσμος, & pro *sanctis*, qui hic dicuntur חסידיו *chsidim gratiosi, pii, misericordes, sacris initiati*. Quod ultimum est Campensis; sed minus aptum. De vocabulis his omnibus egimus alibi. Omnes exprimi notant Cassiod. & Pampolit. ut antea quoq; memini, ne quis putaret solos Apostolos judicaturos. Restrictè idem Pampolitanus declarat vindictã peccantium, gloriam esse Sanctorum. & Remigius, quod Propheta dicat comprobari auctoritate omnium Sanctorum gloriam, quæ sit quantum ad ipsum qui ut Propheta, magnæ etiam auctoritatis est. Augustinus, & alii hoc velut epiphonema, pertinere sentiunt ad omnia hucusque dicta de exultatione, exaltatione, lætitia, cantico novo, ut agant Sancti omnia per totum mundum, & per universas gentes, & sic glorificentur; ac dicant *Alleluia* cor. de, ore, vita. Haimo vult hoc in approbatione consistere, quemadmodum quando excommunicat Episcopus, Ecclesia tota dicit, Amen. Hanc, ait Bruno, repurant sancti gloriam, sive pro summa gloria dicunt, ut laudent Deum in choro, in Tympano in Psalterio, ut exaltentur in salutem, & alligent reges, & nobiles in manicis, & compedibus, & faciant in eis judicium conscriptum. Hoc autem ideo dicit, ut magis inviter auditores ad hæc omnia, quæ in psalmo admonuit, Chrysostom. gloriam considerat in victoria per Dei opem obtenta; præterea, quod laudibus, hymnis, canticis celebrent. quoniam hoc faciendo, magnam gloriæ accessionem suscipient, & se clariores efficient. Rectè Theodoretus *gloriam omnibus Sanctis*, ait esse, quoniam gloriæ mater, est sanctitas, & hujus operarii per ipsam celebres fiunt. Sine *sanctimonia nemo videbit Deum* z: Gloriæ locus, sanctorum duntaxat domicilium est; *gratiam, & gloriam dat Dominus* a, non istam sine illa, cum illa jus ad istam, & istius demum possessione nisi retineatur illa: Gloria quidem omnibus Sanctis communis, ac eadem erit ipsa visio ejusdem Dei; sed cui que dispargradus, pro meritorum disparitate; tametsi etiam unicum charitatis singulos faciet de singulorum propria, tamquam de summa gloria gaudere. Tandem *gloria hæc est omnibus sanctis à Sancto Sanctorum* Christo, qui est omnium Sanctorum manifesta plenitudo, de qua Sancti omnes acceperunt e, utpote cum in *ipso habitet omnis plenitudo divinitatis corporaliter* d, idest, ut Cassiodorus notat, substantialiter.

Alleluja. In emendatis Latinis Bibliis appositum est, quod extat Hebr. & Chaldaice sequendum significationem Hebræi vocabuli, nempe הללו יה *hallelu jah*. אלוא שבח *sciabah halah*: quæ in ea quæ lingua significant, *laudate*, vel *glorificate Deum*. In lex lætitiæ vox hæc, atq; gratiarum actionis, quas Deo referimus pro illis, quos ipse, & homines, & Sanctos fecit, & Sanctis suis angelis cœlesti honore sociavit; simul nos ad imitationem talium coronarum, atq; palmarum, quibus invocato in auxilium, ex eorum memoriæ renovatione, ut Augustin. & alibi docet, adhortamur. De eadem *Alleluja*, dictum alias.